3660

Frednicki — obligatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Bransensis personaliter comparens Nobilis Marina filia olim Nobilis Laurentii Frednicki consors Nobilis Mathiae Szymborski Zybalt cum consensu praesentaneo eiusdem mariti sui et assistentia personali sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit quia Nobili Alexandro filio Joannis Frednicki Camerarii terrae Bielsensis et eius successoribus bonorum suorum haereditariorum immobilium in haereditate Frednica Jakubowięta sitorum videlicet in campo quartam partem mansi incipiendo a granicies Mackowska ad aliud campum inter mettas Joannis et Thomae Frednickich iacentem item in alio loco similiter quartam partem terrae protendendo et extendendo ut supra similiter in tertio campo quartam partem mansi prout supra in circumstantiis et limitibus ac mettis extenditur cum omnibus utilitatibus fructibus nullis exceptis in summa viginti florenorum polonicorum hinc usque ad exemptionem et summae praefatae viginti florenorum polonicorum integram exolutionem obligavit. Cui iam exnunc in praefata bona intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et duos Nobiles quem et quos sibi conducere poterit officiose acceptandum dat et admittit submittitque se eundem tenutarium suum et eius posteros toto tempore tenutae eiusmodi toties quoties durante huiusmodi inscriptione opus et necesse fuerit docere defendere evincere eliberare intercedere pacificare solaque per se et per submissas ac subordinatas personas tueri evincere sub vadio simili aliorum viginti florenorum polonicorum Et coram officio praesenti castrensi Bransensi in primo citationis termino peremptoria responsione ac citationis omnibus satisfactione nullis contraversiis exceptionibus allegationibus dilationibus evasionibus apellatione motione vera vel simplici infirmitatis actione pro maiori minoreve succissione tarda extradicione mala possessione inordinata scriptione aliisque iuris remediis et defensiis legalibusque impedimentis procedere et suis successoribus reservatis et reservandis personaliter sua recognitione mediante.

Szymborski — Arenda

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Bransensis personaliter comparens Nobilis Marina filia olim Nobilis Laurentii Frednicki consors Nobilis Mathiae Szymborski Zybalt cum consensu praesentaneo eiusdem mariti sui et assistentia personali sana mente et corpore existens palam recognovit quia Nobili Gregorio Szymborski Zybalt olim Sebastiani filio bona sua singula et omnia immobilia in haereditate Frednica sita cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis cunctis nullis exceptis pro summa certa quadraginta florenorum polonicorum iam ab ipso recepta videlicet a festo Sancti Adalberti proxime praeterito ad aliud simile festum post triennium elapso arendavit et in arendam dedit. Cui iam exnunc in praefata bona modo arendatorio intromissionem realem cum pacifica possessione per ministerialem et Nobiles